



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Potestati Et Popvlo Tarvisinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

treugas inter carissimos in Christo filios nostros Phil. Francorum & R. Anglorum Reges illustres juxta mandati nostri tenorem initas & firmatas auctoritate apostolica confirmamus &c. Decernimus ergo &c. Datum Laterani III. Kal. Aprilis.

MANTVANO EPISCOPO.

*Epiſt. 26.
Quod Capitu-
lū Tarvisinum
decernat abſo-
lutum ab impe-
tione ſuper
Præpoſitura.*

Meminimus nos olim venerabili fratri nostro Episcopo & dilectis filiis Capitulo Tarvisin. nostris dediffe literis in mandatis, ut Præposituram Ecclesiae Tarvisinæ, quæ ultra duodecim annos vacaverat, cuius etiam donatio ad nos auctoritate Lateran. Concilij fuerat devoluta, dilecto filio B. Subdiac. nostro sine aliqua difficultate conferrent. Tibi etiam, si bene recolimus, auctoritate fuit apostolica mandatum ut prædictis Episcopo & Capitulo in execuſione mandati nostri cefſantibus, non obſt, ſacramento quod dicebantur de non eli- gendo Præpoſito preſtitifc, cùm id exequi eorum non eſſet juramento contrarium, & juramentum iſpum videretur minùs fuſſe diſcretum, ſublato appella- tionis obſtaculo de prædicta Præpoſitura eundem B. non differres aliquatenus investire, & in poſſeſſionem inducere corporalem. Sanè prædicti Episcopus & Capitulum dilectos filios Walper- tum Subdiaconum noſtrum & Tolber- tum Canonicos Tarvisinos ad noſtram poſtmodum præſentium destinantes, no- bis exponi fecerunt quod litteræ illæ ad falsam fuerant ſuggeſtionem obtentæ. Super hoc enim mentio facta non fue- rat, quod cùm per quoſdam Præpoſi- toris, qui curam bonorum canonica Tar- visinæ gerebant, eadem uſque adeo di- ſtricta fuſſet, quod vix poterant in eis prædicti Canonici congruē ſuſtentari, ad tantum incommođum removendum iidem Canonici cum bona memorie C. eorum Episcopo & quibusdam aliis prædeceſſoribus communiter ſtatuerunt ut unum de Canonicis iſpis auſſuerent an- nuatim, qui vice Præpoſiti ad iſpofum commođum bona ejusdem canonica diſpensaret, & viginti fratres in eadem Ecclesia ſemper eſſe deberent Domino militantes. Quam conſtitutionem felicis recordationis Alexander, Lucius, Urba- nus, & Clemens prædeceſſores noſtri au- toritate apostolica conſirmarunt, ſicut ex priuilegiis eorundem nobis innotuit

maniſte. Cūm igitur noſtræ voluntatis vel propositi non exiſtat ut antecetto- rum noſtrorum privilegia vel indulta ſuggeſtione cujuſlibet violentur, præſertim cūm mendax preceptor carere debeat impetratis, nō ſque iſpi Subdiacono, qui, ſicur credimus & ſperamus, ſtatut illud penitus ignorabat, alias congruē fecerimus provideri, fraternitatit tuæ per apostolica ſcripta mandamus qua- tenus prædictos Episcopum & Capitu- lum, quos ab impetione prædicti Sub- diaconi duximus penitus absolvendos, noſtra fretus auctoritate denunties peni- tūs absolutoſ, in irritum appellatione ceſſante reducens quicquid occaſione li- terarum illarum per te contra iſpos fa- cium eſt vel ſtatutum. Datum Laterani III. Nonas Aprilis.

Scriptum eſt Episcopo & Canonicis Tar- visinis in modum indulgentiæ.

POTESTATI ET POPVLO
Tarvisin. [Sine ſalutatione.]

Non merita veſtra, quæ demerue- runt penitus gratiam ſedis apo- ſtolicæ, noſ inducunt, ſed movent & mo- net potius debitum officij pastoralis, ut contumaciam veſtram ſolicitare literis procuremus, ſi forſan adjiciatis reſurge- re, nec, ſicut hačtenus, ſemper in dete- riore corruiatis, vel ſi in cœpta malitia du- xeritis perſiſtendum, admonitionem ul- tio debita ſubsequatur, & ferro curentur vulnera quæ fomentorum non ſen- tiunt medicinam. Expeſtavimus etenim hačtenus, ſi forſan patientia noſtra vos ad poenitentiam revocaret, ut accuſante conſciencia per vos iſpos dijudicare- tis ac condemnaretis actus veſtros, & tandem reſiſcentes à malo, Deum vo- bis per condignæ ſatisfactionis opera placaretis, & Romanam Eccleſiam, quam laefiſtiſ. Verū patientia noſtra vo- bix hačtenus (ſicut appetet ex opere) viſa eſt tribuiffe materiam malignandi; ita quod indurato corde, nec accuſantium vo- bix in- teriū cogitationum aculeos ſentiatis, nec fomentum ecclesiastica disciplinae, quæ ad correctionem veſtram civitatem Tarvisin. ſuppoſuit ſententia interdicti: ſicut de vo- bix jam dicere valeamus: Cu- ravimus Babylonem, & non eſt fanata. Pe- cator enim dum vene- rit in profundum vi- torum, contemnit. Olim ſiquidem (ſicut accepimus) civitatem Feltren. ad Fel-

*Epiſt. 17.
Horum ea-
quid redi-
ad Eccleſiam,
& faciencia co-
rum emendat.*

tresem pertinentem Ecclesiam penitus destruxistis, combussistis Ecclesias, & tam bona memoria Episcopum quām homines civitatis ejusdem stare mando vestro juramenti vinculo astrinxistis, & cūm Feltren Belunenen ac Ceneten dioceses ferē penitus vastassetis, & cu- riam sancti Pauli de Medates ad Aquile- gien pertinentem destruxissetis omnino, castro de Caneva quindecim diebus obfeso, ac pluribus nobilibus interfectis ibidem, & devastatis omnibus circum- quaque, bona memoria G. Aquilegian. Patriarcha Consules & Consiliarii ve- stros excommunicationis & civitatem vestram interdicti sententia innodavit. Sed bona memoria Vrbanus Papa prae- decessor noster gratiam impendere vo- lens ingratis, & secundum Apostolum vincere in bono malum, simplici solummodo super praestanda satisfactione pro- missione accepta, per eundem Patriar- cham latam in vos obtinuit sententiam relaxari. Vos autem ex hoc deteriores effecti, & in Ecclesiam insurgentes, episcopatum Belunenen. & Ceneten, manu intrafas armata, & multiplicitate affixi- stis. Licet autem in compositione inter F. quondam Imperatorem & Lombardos habita prædictas dioeceses ad nos nullatenus pertinere fuerit diffinitum, & vos juri, si quod in eis habueratis, quod tamen nullum erat, abrenuntiaveritis per publicum instrumentum, ac postmo- dum idem Imperator per privilegia sua episcopatus prædictos à jurisdictione ac potestate vestra decreverit absolutos; vos hæc omnia contemnentes, castra & possessiones ad Belunenen. Ecclesiam le- gitimæ venditionis titulo devolutas, ab his ad quos non pertinebant illicite com- paratis, possessione ipsorum per violentiam occupata, & appellatione contem- pta quæ ad apost. Iudicium & Imperium fuerat interjecta, & hostiliter Feltren, ac Belunenen. episcopatum intrantes, omnia circumquaque vastastis, ducentos de melioribus locorum illorum captos du- centes usque ad civitatem vestram, quos diu detinuistis carceri mancipatos. Quā- vis etiam postmodum super possessioni- bus ipsis pro Belunenen. Ecclesia tertio lata fuerit sententia per judices delega- tos, & per sedem apostolicam confirma- ta, & vos postmodum per Veronensium & Mantuanorum arbitrium, ad quod servandum vos juramentis, pignoribus,

& obsidibus obligastis, ad restitutionem possessionum ipsarum faciendam Eccle- sia Belunenen. fueritis condemnati, pre- dictis episcopatibus à violentia vestra penitus absolutis, ac vobis promittenti- bus hæc omnia inviolabiliter observare, in præconcepta tamen malitia persisten- tes, in simulata pace bona memoria Belunenen. Episcopo paravistis infidias, & eum captum & vincitum quasi latronem per nemora die nocturnique trahentes, tan- dem acclamante populo Moriatur, ipsum nequiter occidistis, & quasi non id vobis sufficeret, castrum Opitergij & tertiam partem Belunenen. Ecclesiae possessionū per violentiam occupatis. Propter quod bo. me. Celestinus Papa prædecessor no- ster civitatem vestram supposuit senten- tia interdicti, & principales hujus iniqui- tatis autores excommunicatos manda- vit publicè nuntiari, evitari præcipiens vos & civitatem vestram in commerciis à vicinis. Tandem verò circa nostræ pro- motionis initia, cūm quidam vestrum ad sedem apostolicam accessissent, ut gra- tiā vobis, licet immeritis, faceremus, venerabilibus fratribus nostris A. sanctæ Rom. Eccl. Cardinali Veronen. & H. Fer- rarien. Episcopis deditimus in mandatis ut à vobis sufficiente cautione recepta quod tam super nece Episcopi memorati, quām super occupatione & detentione possessionum, mandatis apostolicis pare- retis, latam in vos relaxarent sententiam interdicti, & cognoscentes de causa, par- tes cum suarum testimonio litterarum ad nostram præsentiam destinarent. Ve- rum nec prædicti nuntij literas sedis apostolicæ receperunt, nec vos ad eorundem judicium præsentiam accessistis, sed inimicos sedis apostolicæ vos dicentes, constitutionem dilecti filij nostri G. sanctæ Maria in portico Diac. Cardinalis, tunc apostolicæ sedis Legati, contra ha- reticos promulgatam, nec voluistis re- cipere, nec servare. Nuper etiam cūm Vicentin. & Veronen. conjurantes & cum multo exercitu irruentes in dioce- sim Cenensem, licet servare firmam treugam eidem Episcopo jurassetis, vil- lam ipsam Ceneten. & tam matricem quām alias Ecclesias combussistis, pro- fanis manibus diruentes altaria, & san- ctorum reliquias asportantes, & vastan- tes possessiones ad eundem Episcopum & suos spectantes in villis aliis constitu- tas. Cūm itaque contumaciam vestram

X x ij

dissimulare de cetero non possumus, universitati vestra per apostolica scripta mandamus, & sub obtestatione divini judicij districte præcipimus, quatenus super prædictis omnibus Deo & Ecclesia Romana, quam principaliter offendistis, satisfacere procuretis, ablata omnia restituente Ecclesiis antedictis, & de molestiis, damnis, & injuriis irrogatis venerabilibus fratribus nostris P. Patriarcha Aquilegiensi, Feltren. Belunen. & M. Ceneten. Episcopis & aliis temporali eorum jurisdictioni suppositis, quos læsistis, condignam coram venerabili fratre nostro Patriarcha Graden. & Episcopo Glugieni, quibus super hoc nostras literas destinamus, satisfactionem sine dilatatione ac contradictione qualibet exhibentes, ita ut prædicti Patriarcha & Episcopi pro vobis apud nos intercedere teneantur. Alioquin, quoniam in Ecclesiam Dei conjurasse videmini, & Episcopos de civitate in civitatem fugare, ut in eo, in quo delinquit, sentiatis rigorem ecclesiastice disciplinae, civitatem vestram pontificali privabimus dignitate, & vos mandabimus tam à rectoribus quam universis civitatibus Lombardia in commerciis, colloquiis, & aliis evitari, ac mercatores vestros, ubique inventi fuerint, capi per Principes seculares, & publicatis bonis eorum, personas etiam sub arcta custodia detineri. Alias etiam in vos manus nostras tam spiritualiter quam temporaliter aggravare curabimus; ita quod quantus sit vester excessus in poena cognoscatur evidenter, quam in culpa. Interim autem eisdem Graden. Patriarcha & Episcopo Glugieni, districte præcipimus ut latam in terram vestram interdicti & personas principalium auctorum & fautorum necis Episcopi memorati excommunicationis sententias innovent, & current solenniter publicare. Ad vos ergo cum Propheta clamamus. Redite prævaricatores ad cor, & ante oculos vestros districtum Dei iudicium statuatis; ut fugere valeatis ab ira ventura quæ jam contra vos incepisse videtur, qui peccatorum tenebris interiorū exēcati, ad exteriōres inferni tenebras properatis, nec Deum timentes, nec reverentes Ecclesiam, immo, ut obstinati, de misericordia desperantes. Agite igitur pœnitentiam, cum locus est pœnitendi, ne tandem frustra pœniteat noluisse vos pœnitere. Datum Laterani

VII. Kalend. Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

ILLVSTRI REGI ARAGONVM.

Q Vanto personam tuam inter alios Principes Christianos sincerori caritate diligimus, tanto serenitati regiae diligentiori solicitudine volumus præcavere ne quid ei, quod absit, immineat, quod vel in periculum animæ aut in detrimentum terre valeat redundare. Ex tenore siquidem literarum tuarum & plurium Prælatorum necnon & aliorum multorum in tuo regno consistentium nobis innotuit quod cùm adversus inimicos Christianitatis, qui præ magnitudine suæ potentiae terram Hispaniæ tunc temporis occupabant, in auxilium carissimi in Christo filij nostri Castellæ Regis illustris cum armatorum multitidine festinares, quidam Consiliarij tui, quin immo potius deceptores, tuum animum induxerunt ut jurares, irrequisito assensu populi, usque ad certum tempus patris tui conservare monetam, quæ tam circa mortem ipsius fuerat legitimo pondere defraudata. Quoniam autem eadem moneta est adeo diminuta, & minoris valoris effeta, quod grave propter hoc in populo scandalum generatur; tu quod egeras indiscretè cupiens revocare, ac necessitati populi satisfacere, ab observatione juramenti prædicti, ex quo tibi & regno tuo metuis grave periculum imminere, * postulasti suppliciter à nobis absolvi. Super quo diligens indagator veritate comperta potuissest facile intueri, quod non tam erat absolutio necessaria, quam interpretatio requirenda. Quoniam cùm juramentum fecisti, monetam aut falsam aut legitimam esse credebas. Si falsam, (quod de Regis serenitate non credimus) juramentum fuissest illicitum, & nullatenus observandum, & pro eo tibi esset pœnitentia injungenda, cùm juramentum, ut esset iniquitatis vinculum, non fuerit institutum. Si vero ipsam legitimam esse credebas, juramentum licitum fuit, & usquequaque servandum. Et ut irreprehensibiliter observetur, consulimus & mandamus, ut reprobata moneta, quæ à legitimo pondere fuerat diminuta, alia sub nomine patris tui moneta cudatur, quam ad legitimum pondus reducas, secundum eum statum quem tempore patris tui habuit meliorem: ita quod & an-

Epif. 28.
De vita moneta & pondere
præcipit.
Cap. Quomo.
De jure justitiae.

*In Tertia Col-
leff. supplicati
humiliter